

SAC. GEORGIUS REINHOLD

PROFESSOR UNIVERSITATIS VIENNENSIS



DE ESSENTIA CHRISTIANISMI



CRACOVIAE 2024

www.ultramontes.pl

PRAELECTIONES DE THEOLOGIA FUNDAMENTALI

EXARATAE A

SAC. GEORGIO REINHOLD

PROF. UNIV. VIENNENSIS.

PARS PRIOR

CONTINENS TRACTATUS DE EXISTENTIA DEI
DE RELIGIONE ET REVELATIONE IN GENERE AC DE RELIGIONE
CHRISTIANA.



Appendix de essentia christianismi

Essentia christianismi, de qua ultimis his temporibus tantopere declamatum est (1), exacte et breviter describitur a S. Paulo: "Nos autem praedicamus Christum *Dei virtutem et Dei sapientiam*" (2). Essentia christianae religionis primario consistit in opere, secundario in doctrina: in *opere* scilicet incarnationis et redemptionis ac in institutione mediorum, quibus redemptio omnibus potest applicari, deinde in revelatione divina omnium illarum *veritatum*, quae ad opus redemptionis praesupponuntur et quae partim ad ordinem naturalem, partim ad supernaturalem pertinent.

Quod Christus finem primum missionis suae non in cognitione theoretica, sed in opere *practico* posuerit, patet ex omni pagina Evangeliorum. Tota Christi praecatio in eo erat, ut *sanctitas moralis* instauraretur in genere humano per exercitium poenitentiae aliarumque omnium virtutum et hoc quidem per intimam cum ipso unionem, quippe qui est auctor et exemplar omnis sanctitatis. Initium praedicationis sumpsit ab exhortatione poenitentiae: "Exinde coepit Jesus praedicare et dicere: *Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum coelorum*" (3): deinde beatos celebrat *pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes et sitientes justitiam, misericordes: mundos corde et pacificos*; discere a se jubet *mansuetudinem et humilitatem*; semen verbi sui divini vult afferre *fructum* trigesimum, sexagesimum vel centesimum: non nisi illos vere discipulos esse declarat, qui sciunt *abnegare semetipsos et tollere crucem suam* quotidie, et in capite omnium praeceptorum suorum ponit *charitatem*, qua Deum diligimus super omnia et proximum sicut nos ipsos. Ad virtutes has exercendas idoneos nos facit *gratia supernaturalis*, quam Christus nobis promeruit per sanguinem suum, effusum in remissionem peccatorum, et per quam continuo junctos oportet esse Christo eos, qui fructus virtutum volunt afferre: "Manete in me et ego in vobis: sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis" (4). Ad gratiam hanc omnibus hominibus communicandam sacrificium eucharisticum et varia sacramenta instituit.



Sed opera haec, quae Christum "Dei virtutem" ostendunt, multas *veritates theoreticas*, partim naturales, partim supernaturales supponunt et involvunt, quae proinde fide divina firmiter tenendae sunt ab omnibus, qui per Christum volunt salvari, et quae Christum "*Dei sapientiam*" manifestant. Veritates naturaliter cognoscibiles, ut sunt existentia Dei, ejus unitas, spiritualitas, omniscientia, infinita bonitas, sanctitas, immortalitas animae humanae, existentia ordinis moralis et principia generalia moralitatis, quae etiam extra et ante religionem christianam a variis philosophis gentilibus cognitae et propositae fuerant, a Christo auctoritate divina ac certitudine super omnia firma sancitae et ab omni errore purgatae sunt: ad quas Christus adjunxit revelationem mysteriorum in Deo absconditorum, Trinitatis, Incarnationis, Gratiae et Ecclesiae, atque omnia haec docere jussit omnes gentes, ut salutem consequantur. "Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur" (5).



PRAELECTIONES
DE
THEOLOGIA FUNDAMENTALI

EXARATAE A
GEORGIO REINHOLD
PROF. UNIV. VIENNENSIS.

PARS PRIOR

CONTINENS TRACTATUS DE EXISTENTIA
DE RELIGIONE ET REVELATIONE IN GENERE AC DE RELIGIONE
CHRISTIANA.



VIENNAE
SUMPTIBUS HENRICI KIRSCH
1805



Praelectiones de Theologia fundamentali exaratae a Georgio Reinhold Prof. Univ. Viennensis. Pars prior continens tractatus de existentia Dei, de religione et revelatione in genere ac de religione christiana. Viennae. Sumptibus Henrici Kirsch. 1905, pp. 340-342. (a)

Notae:

(1) Harnack, *Wesen des Christentums*.

(2) I. Cor. 1, 24.

(3) Matth. 4, 17.

(4) Joan. 15, 4.

(5) Marc. 16, 16.

(a) Cf. 1) Dr. Franciscus Egger, Episcopus Brixinensis et Princeps, a) [*De proprietatibus religionis*](#). b) [*De indefectibilitate Ecclesiae*](#). c) [*De necessitate Ecclesiae*](#). d) [*De opere Christi. Indoles religionis christianae*](#).

2) P. Parthenius Minges OFM, a) [*De excellentia religionis christianae*](#). b) [*De religione iudaica postchristiana \(O religii żydowskiej po ustanowieniu chrześcijaństwa\)*](#). c) [*Compendium Theologiae dogmaticae specialis*](#). d) [*Compendium Theologiae dogmaticae generalis*](#). e) [*Falsa systemata de relatione inter fidem et rationem. Modernismus*](#).

3) S. Robertus Card. Bellarminus SI, Ecclesiae Doctor, [*Compendium Doctrinae Christianae. \(Ex Italico idiomate in Latinum transtulit Martinus Szyszkowski, Episcopus Cracoviensis\)*](#).

4) S. Alphonsus Maria de Liguorio, Ecclesiae Doctor, a) [*Opera dogmatica. \(Ex italico sermone in latinum transtulit, ad antiquas editiones castigavit notisque auxit Aloysius Walter CSsR\)*](#). b) [*De Mariae gloriis*](#).

5) P. Christianus Pesch SI, [*Compendium Theologiae dogmaticae*](#).

6) P. Albertus a Bulsano OFMCap., [*De Tolerantismo religioso*](#).

7) Sac. Andreas Pohl, [*De religione mahumedana*](#).

8) Sac. Constantinus Joannes Vidmar, [*Compendium repetitorium Theologiae dogmaticae tum generalis cum specialis*](#). Editio quarta.

9) Sac. Antonius Martinet, [*Institutiones Theologicae ad usum seminariorum*](#).

10) Ernestus Müller, Episcopus Linciensis, [*Theologia moralis*](#).

11) P. Jacobus Illsung SI, [*Verba vitae aeternae. Ex quatuor Evangelistis deprompta atque in argumenta quotidianae meditationis digesta*](#).

12) P. Joannes Baptista Lohmann SI, P. Victor Cathrein SI, [*Vita Domini Nostri Jesu Christi e quatuor Evangeliiis ipsis ss. librorum verbis concinnata*](#).

(Nota ab ed. *Ultra montes*).

PRAELECTIONES
DE
THEOLOGIA FUNDAMENTALI

EXARATAE A

GEORGIO REINHOLD

PROF. UNIV. VIENNENSIS.

PARS PRIOR

CONTINENS TRACTATUS DE EXISTENTIA DEI
DE RELIGIONE ET REVELATIONE IN GENERE AC DE RELIGIONE
CHRISTIANA.



VIENNAE

SUMPTIBUS HENRICI KIRSCH

1905

Violentiam adhibitam non esse a Christi ministris in propaganda Christi doctrina, e contra omnem violentiam adhibitam esse, ut perimeretur nomen christianum, tota historia persecutionum, quibus christiana religio continuo vexabatur, alte proclamat. Exempla crudelis violentiae, quae medio aevo pro christianae religionis conservatione et propagatione adhibita esse objicitur, eidem religioni attribui non possunt et in tractatu de Ecclesia examinabuntur.

Appendix de essentia christianismi. Essentia christianismi, de qua ultimis his temporibus tantopere declamatum est,¹ exacte et breviter describitur a S. Paulo: „Nos autem praedicamus Christum *Dei virtutem* et *Dei sapientiam.*“² Essentia christianae religionis primario consistit (in opere, secundo in doctrina: in *opere* scilicet incarnationis et redemptionis ac in institutione mediorum, quibus redemptio omnibus potest applicari, deinde in revelatione divina omnium illarum *veritatum*, quae ad opus redemptionis praesupponuntur et quae partim ad ordinem naturalem, partim ad supernaturalem pertinent.

Quod Christus finem primum missionis suae non in cognitione theoretica, sed in opere *practico* posuerit, patet ex omni pagina Evangeliorum. Tota Christi praecatio in eo erat, ut *sanctitas moralis* instauraretur in genere humano per exercitium poenitentiae aliarumque omnium virtutum et hoc quidem per intimam cum ipso unionem, quippe qui est auctor et exemplar omnis sanctitatis. Initium praedicationis sumpsit ab exhortatione poenitentiae: „Exinde coepit Jesus praedicare et dicere:

¹ Harnack, Wesen des Christentums. — ² I. Cor. 1, 24.

Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum coelorum¹; deinde beatos celebrat *pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes et sitientes justitiam, misericordes: mundos corde et pacificos*; discere a se jubet *mansuetudinem et humilitatem*; semen verbi sui divini vult afferre *fructum* trigesimum, sexagesimum vel centesimum: non nisi illos vere discipulos esse declarat, qui sciant *abnegare semetipsos et tollere crucem suam* quotidie, et in capite omnium praeceptorum suorum ponit *charitatem*, qua Deum diligimus super omnia et proximum sicut nos ipsos. Ad virtutes has exercendas idoneos nos facit *gratia supernaturalis*, quam Christus nobis promeruit per sanguinem suum, effusum in remissionem peccatorum, et per quam continuo junctos oportet esse Christo eos, qui fructus virtutum volunt afferre: „Manete in me et ego in vobis: sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.“² Ad gratiam hanc omnibus hominibus communicandam sacrificium eucharisticum et varia sacramenta instituit.

Sed opera haec, quae Christum „Dei virtutem“ ostendunt, multas *veritates theoreticas*, partim naturales, partim supernaturales supponunt et involvunt, quae proinde fide divina firmiter tenendae sunt ab omnibus, qui per Christum volunt salvari, et quae Christum „*Dei sapientiam*“ manifestant. Veritates naturaliter cognoscibiles, ut sunt existentia Dei, ejus unitas, spiritualitas, omniscientia, infinita bonitas, sanctitas, immortalitas animae humanae, existentia ordinis moralis et principia generalia moralitatis, quae etiam extra et ante religio-

¹ Matth. 4, 17. — ² Joan. 15, 4.

nem christianam a variis philosophis gentilibus cognitae et propositae fuerant, a Christo auctoritate divina ac certitudine super omnia firma sancitae et ab omni errore purgatae sunt; ad quas Christus adjunxit revelationem mysteriorum in Deo absconditorum, Trinitatis, Incarnationis, Gratiae et Ecclesiae, atque omnia haec docere jussit omnes gentes, ut salutem consequantur. „Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.“¹

¹ Marc. 16. 16.



FINIS PARTIS PRIORIS.



PRAELECTIONES
DE
THEOLOGIA FUNDAMENTALI

EXARATAE A

GEORGIO REINHOLD
PROF. UNIV. VIENNENSIS.

PARS ALTERA

CONTINENS TRACTATUS DE TRADITIONE, SACRA SCRIPTURA
ET ECCLESIA



VIENNAE
SUMPTIBUS HENRICI KIRSCH
1905

([HTM](#))

© *Ultra montes* (www.ultramontes.pl)
Cracovia MMXXIV, Kraków 2024